

C A T A L O G V S
PRAELECTIONVM

TAM PVBLICARVM, QVAM PRIVATARVM

IN
ACADEMIA FRIDERICIANA
BVETZOVIENSI

A
FESTO MICHAELIS MDCCLXXI.


AD
FESTVM PASCHATOS MDCCLXXII.

H A B E N D A R V M.



B V E T Z O V I I

TYPIS JOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL.
ET ACADEM. TYPOGR.





PRAELECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. in tradenda *altera parte THEOLOGIAE MORALIS*, quam absoluta *parte priori*, hac proxima æstate auspicatus est, iuvante Deo perget, ut & in explicanda *THEOLOGIA DOGMATICA*, inde a superioris Paschatis tempore coepta. - Præterea prælectiones *HISTORIAE ECCLESIAST. N. T.* & *LABORES EXEGETICOS* in libros N. T. quos post tradita & finita præcepta hermenevt. itidem proxima æstate instituere coepit, indefesso studio continuabit.

FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITH, *Consist. Duc. & S. S. Theol. P. P. O.* docebit 1) *Theologiam Dogmaticam*, 2) *Antitheticam*, & si DEVS valetudinem ipsius confirmauerit, 3) addet *explicationem* vnus alteriusue *epistolae Paulinae*; qua de re certius quid e tabula publica suo tempore polliceri se posse sperat & exoptat.

IVRISCONSULTORVM.

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG, *Dr. & Iur. Antecess.* per instans semestre hibernum ius civile docebit duabus scholis seiunctis. Alteras scilicet dicabit primis elementis iuris romani puri inprimis, interpretationem eius ex limpidissimis ipsis Latii fontibus haustrurus, daturusque operam, ut expositis singulorum institutorum initiis & progresibus nouisque iis a Iustiniano Imperatore formis indutis, viam praesentet iuris romani byzantinique historiam. Alteras destinabit vberiori iuris Iustiniani potissimum explicationi, ea ratione instituendae, ut distincte adpareat, quomodo illud immixtis iuris canonici corruptelis dicam, an correctionibus? intextum Germanorum moribus antiquis, tum nouis sanctionibus domesticis transformatum, ideoque varia ratione immutatum foris nostris adcommodatum sit. Singulares quoque iuris Meclenburgici sanctiones vbiuis sedulo notabit. Illis scholis horam XI, singulis diebus *HELNECII elementa iuris ciuilis secundum ordinem institutionum Imp. Iustiniani* interpretaturus, his vero praeter binas legitimas horas, more suo duas alias per singulas hebdomades dicabit, ad *BOEHMERI introductionem in ius digestorum* commentaturus, utrasque, ut solet, semestri spatio finiet. *Trituram forensam* qui discere & exercere cupiunt, iis *Excell. CLAPROTHIO* duce quaternis per hebdomadem horis ea tradet, quae spectant ad causas in foro rite perorandas secundum varia modorum genera, quibus lites in iudiciis tractari solent. *Ius quoque, quod de criminibus praecipit*, si qui sint, qui sua voce & institutione in hac iurisprudentiae parte uti velint, lubentissime docebit. *Examinum* denique iuris ciuilis, & *disputationum* ex omni iure & philosophia instituendarum moderatorem se offert iis, quibus haec exercitiorum genera placent.

IOHANN MATTHIAS MARTINI, I. V. D. & P. P. O.
Absolutis iam & ad finem perductis praelectionibus, quibus hactenus occupatus fuit, offert sequentes, proximo abhinc semestri finiendas.

1) ele-

- 1) elementa iuris ciuilis.
- 2) ius Digestorum, in quo explicando tres singulis diebus horas consumere constituit, duce Hellfeldt.
- 3) ius patrium iuxta Theses sua calamo excipiendas.
- 4) ius criminale praelucente Kochio.

Quae hisce laboribus destinatae sunt horae suo tempore e tabula publica indicabit.

GVILIELMVS AVGVSTVS RVDLOFF, D. absolutis lectionibus aestiuis, per instans semestre hibernum sueto more h. XI. docebit *ius feudale* tam Langobardicum, quam Germanicum, addito ubique iure Meclenburgico, secundum *principia G. L. BOEHMERI*, h. IX. *ius Germanicum priuatum*, ad *elementa SELCHOVII*, h. II. *ius canonicum* praeunte G. L. BOEHMERO, & h. III. *ius publicum* imperii Romano Germanici ad filium *institutionum PVETTERI*. Neque suauissimis commilitonibus defuturus est, qui, in *historia imperii Germanici, & Meclenburgica* eum ducem eligere, beniuole cupiant.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facultat. Med. Senior, & SERENISS. DUC. Megapol. Confil. Aulic. ad finem perductis Praelectionibus Materiam sic dictam Medicam concernentibus, per instans semestre hybernum Therapiam generalem docebit. Et si alias institutiones medicas desiderauerint artis salutaris cultores, horum expectationi prolixo satisfaciet animo.

D. AUGUSTUS SCHAARSCHMIDT, Anatomiae & Chirurgiae P. P. O. quater vel sexies per septimanam hor. X - XI. Functiones corporis humani ad Physiologiam D. Loefecke;

hor. II - III. Anatomien, ordine tabularum suarum, sed ex partibus e corpore humano desumptis, quibus praeparandis hora ante meridiem IX. dicata, exponet.

Insuper Chirurgos nostros therapiam externam diebus

* 3

mer-

mercurii & saturni hora post meridiem tertia docere mihi constitutum est.

PHILOSOPHORVM.

ANGEL. IO. DAN. AEPINVS, Philof. P. P. O. & SEREN. DVCI a Confil. Aul. ob negotia clementiffime fibi demandata abfens, hoc femestri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS JOHANNES GUSTAVUS KARSTEN, Math. P.P.O. horis VIII-IX. & II-III. explicabit Partem I & II. libri ab ipfo editi, cui titulus: *Lehrbegriff der gefammten Mathematik*. Præterea hora IX-X. lectiones Aftronomico-Geographico-Præcticas de ufu Globi Artificialis Coelestis & Terrestris, hora vero III-IV. lectiones Geometrico-Præcticas cupientibus offert.

EOB. TOZIVS, Hift. P. P. O.

Hora IX. Res in præcipuis Europæ Regnis pace belloque gestas enarrabit, præeunte Ill. ACHENWALLIO, in libro, qui infcriptus est: *Gefchichte der heutigen vornehmften Europäischen Staaten im Grundriffe*.

Hora X. Noticiam dabit Europæ & fingulorum in ea Regnorum & Rerum publicarum, ad filum libri fui: *der gegenwärtige Zustand von Europa*.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, *Litteraturæ orientalis* P. P. O. & *Bibliothecæ publicæ Præfectus*, femestri hoc hiberno b. c. D.

hora IX. Fundamentale harmonicum Linguarum hebr. chald. fyr. & Arabicæ inchoabit.

h. X. Cursorias, quas dicunt, lectiones in XII Prophetas minores instituet.

h. XI. Antiquitates facras quatuor prioribus hebdomadis diebus, & residuis duobus diebus Artem diplomaticam orientalem horum cupidis tradet.

IO.

IO. NICOL. TETENS, Phys. Pr. P. O.

Philosophiam Rationalem ad cel. *Federi* compendium docebit. *Philosophiam Naturalem* ad perill. *Segneri Introd.* explicatis ante posterioribus quoque huius libri sectionibus, quas aestiuo semestri absoluerere non potuit, de nouo incipiet. *Physices specialis* siue *applicatae* illam partem, quae de tellure & corporum naturalium generalioribus affectionibus agit, & continetur in libro cel. *Bergmanni*, in vernaculam translati sub titulo: *physikalische Beschreibung der Erdkugel*, offert exponendam, cui deinceps *historiam animalium specialiore* adjunget. A. D.

SAMUEL SIMON WITTE, J. N. & G. P. P. O. ante meridiem hora IX. *Jus Naturae*, & hora XI. *Jus sociale*, aut huius loco *Ethicam philosophicam* duce *Darjesio* docebit. Hora vero post meridiem tertia *Scholas Logicas* aperiet, ad *Waldini Novum Logicae Systema* commentaturus.

DOCTORVM PRIVATORVM.

NICOLAUS GEORGIUS BERNARDVS DE LOEWENSTERN, D. iuuant Deo I. *Publice* vel 1) *theoriam processus ciuilis* ad breues theses calamo excipiendas, vel 2) *capitulationem nouissimam Caesaream*, vel etiam 3) *Encyclopaediam iuridicam* ex libello elegantissimo *Perill. PUETTERI* commentatione sua illustrabit. II. *Priuatim* vero 1) *Ius Germanicum* ex ipsis fontibus deductum & ad terras Megapol. in primis adplicatum, praelucente III. atque *Generosiss. DE SELCHOW*, vel loco illius 2) quatuor illa iura German. *Specialia*, nimirum *cambiale, militare, ecclesiasticum & forestale* interpretabitur. Quemadmodum etiam 3) *Ius criminale*, prout lubet, ex III. *MELSTERI* principiis vel *Perill. DE BOEHMER* Elementis; vt & 4) *Ius feudale* secundum *Perill. G. L. BOEHMERUM*; nec non 5) *historiam iuris*, intertextis vbique *antiquitatibus iuris Rom. publ. ex Generos.* *DE SELCHOW* libro: *Geschichte der in Deutschl.*

Deutschland geltenden --- Rechte; itemque 6) *B. MENCKENII* librum de *actionibus*, exponere vel *historiam Mecklenb.* docere constituit.

IOAN. GVIL. CREMER, LL. D. LL. OO. L. P. linguas Gallicam, Italicam, Anglicam & Hispanicam ea, qua par est, dexteritate ac fide hoc, quod instat, semestri b. c. D. docturus generosissimis Commilitonibus ac nobilissimis in hisce sermonibus addiscendis suam offert institutionem & operam. In praelectionibus iuridicis Historiam litterariam iuridicam superiore semestri coeptam ad finem perducere, praeter eam Celeb. Steinii librum, cui titulus: *Einleitung zur Lûbschen Rechtsgelehrsamkeit*, Perill. Boehmeri *Principia Iuris feudalis*, aut Perill. Nettelblatti *Introductionem in Iurisprudentiam positivam Germanorum communem*, si ex generosissimis ac suavisimis Commilitonibus quidam sunt, qui in vna harum disciplinarum ipsius voce ac opera uti, qui illorum benevolus in ipsum erit animus, volunt, explicare constituit. Horas his praelectionibus tribuendas in tabula publica significabit.

M. CAROLUS LUDOUICUS DELIUS,

1. Cursorie Nouum Testamentum explicabit, ita, ut a Matthæi euangelio fiat initium.
2. Offert quoque lectiones, super Homeri *Iliade* instituendas. Rationem harum praelectionum, horas iis adscribendas, & tempus, quo primum eae instituentur, ex tabula publica indicari curabit.

*

*

*

Qui praeterea corporis exercitiis operam nauare cupiunt, magistros quoque habent artium eo pertinentium peritissimos.

P. P. *Bützouii*, ipsis Calendis Septemb. Anni MDCCLXXI.

§

*

§